



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 128. Basileensium consensus de celebratione alterius Conelii

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. A. C. 1446 tes, Senas deductus est, Archiepiscopatus dignitatem magis fugere anhellans, quam ceteri, qui ad illam aspirabant, consequi laborarent. Papa nec se Antonini rationibus vinci, nec precibus flecti patiebatur, sed ad eum literas Apostolicas de capessendo Pastoris munere transmisit, quicquid vero pro illis pendi solebat, libere condonavit, præcepitque, ut Jesu Christo, ejusque Vicario obediret, nec diutius Florentinam Ecclesiam Pastore orbatam relinqueret. Tum demum Antoninus, postquam longo tempore obluctatus esset, crebrisque lacrimis atque gemitibus frustra hanc dignitatem declinasset, hoc anno ad finem vergente impositum a Sede Apostolica onus suscepit.

§. CXXVIII.

Basileensium consensus de celebratione alterius Concilii.

Cochl. Hist.
Russit. l. 9.

Basileenses ut non modo paci Ecclesiæ minime adversari, sed etiam omni, quo possent, studio eandem procurare viderentur, decretum ediderunt, quo profitebantur, nullam aptiorem, totique populo Christiano magis gratam inveniri posse viam, quam ut aliud Concilium plene liberum celebraretur, in quo de efficacibus omnes gentes sub uno eodemque Pastore rursus uniendi mediis ageretur, polliciti, se

nunc

nunc quoque, prout jam antea promisissent, ejusmodi Concilii celebrationi lubenti, lætoque animo assensuros, simulque ac illius notitiam acceperint, accessuros locum, quem Fridericus & Principes Electores, aut ipsorum Oratores duxissent eligendum. Porro Principes in Conventu Francofordiensi decreverunt, si foret Concilium celebrandum, id convocatum iri mense Majo anni proximi in ea civitate, quam Eugenius ex sex per eos propositis eligere vellet, dummodo intra Germaniæ fines dicta civitas esset: Verum ne novo ejusmodi Synodi congregandæ labore fatigarentur, divina Providentia omnibus prospexit, morte Eugenii Pontificis paulo post eveniente.

§. CXXIX.

S. Nicolai Tolentini Canonizatio.

Interea Eugenius S. Nicolaum Tolentinum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini longe ante defunctum, ob innumera ferme miracula, quæ in vita & post obitum luculentis testimoniis comprobata indies patravit, in numerum Sanctorum retulit Calendis Februarii præsentis anni. Idemque Pontifex reformationem, quam in Sicilia Monachi Græci Ordinis S. Basilii in Capitulo Romanæ Eugenii jussu congregato decreverant,

Bullar. tom. 1. Eugen. IV. Constit. 27.

Ibid. Const. 26. & 28.

K 2

rant,